



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Nicea ep[iscop]o. Cap[itulum]. cxi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

Epitaphium etiam vite consolatorium. Libellum super morte christiani et baptizati infantis spe christiana monitum. Epistolae plures ad severum, Sacramento: etiam et hymnorum. Item epistolae ad delphinum: amadum: victricium: aprium: florentium: eusebium: et vicentium. Hec genadius de viris illustribus.

De sancta Hildegarde regine. Cap. cxxix.



Hildegard

dis virgo in alamanie partibus admirabilis fuit puerce etatis tpe coradi imperatoris. Que

quinquēns a parentibus deo ad servendum tradita est: et in monasterio commendata. A quo tempore et ad obitum suum ieiuniis et orationibus interdens miras visiones habuit: et spiritum propheticum a domino percepit. Et cum laica prius montalis et illiterata fuisset. Nam nihil de scripturis excepto psalterio didicit: mirabiliter tamen rapta divinitus imbuir: non solum quod verbis effunderet: sed etiam quod scribendo latine diceret: ac dicendo catholice veritatis libellos conficeret. Hec enim fuit fundatrix et magistra monasterii sancti roberti quod apud pinguiam situm est. Cui etiam multa epistolae disperserunt: et ab ea remissas susceperunt. Praecipue tamen tres romanorum pontifices suas beate hildegardae charitativas litteras miserunt: scilicet Eugenius: anastasius: et adrianus: huic etiam scripsit epistolam beatus bernardus. Que de iussu pape Eugenii omnia que de antichristi temporibus prophetauerat scripture roboravit. Cuius etiam libelli ab eodem pontifice in concilio treverensi approbati sunt. Scripsit autem epistolam de temporibus futuris. Inveniens ab anno domini millesimo. c. proterens usque ad finem seculi: multa et mira in eodem arcana futura predictans. Que sanctis operibus plena: quiescit in pace. x. kalen. iulij. Sepulta in suo monasterio quod reperat ante circiter. xl. vbi et miraculis fulget.

De sancto Nicea episcopo.

Cap. cxi.



Niceas episcopus

romanicus civitatis sanctitate et morum honestate compositus: ac doctrina sublimis et facundia perclarus apparuit. Qui sepe ad baptisimum venientes competentibus instructionibus informans libellos edidit. Quorum primus continet quid agere debeat: qui ad baptisimum gratiam venire cupit. Secundus de generalis erroribus. Tertius de fide veteris testamenti. Quartus aduersus genealogiam. Quintus de symbolo. Sextus de agni paschalis victima. Ad lapsam etiam virginem libellum emendationis omnibus infir-

gnem laudibus misit: quiescit autem in domino. x. kalen. iulij. Hec genadius de viris illustribus.

De sancto iustano martyre.

Cap. cxx.



Iustanus

martyr iuuenulus annorum xvij. in flantade civitate passus est tpe deici cesaris sub preside martiano: quem preses deventum ad sacrificia sua debet: et sacrificare abnuentem fustibus cecidit. Interque in equuleo levatum graviter flagellari: deinde depositum in carcere mitti fecit. Et asclepiodora matre iuuenis accersita portabatur illa preses: ut filium ad deorum immolationem suis exhortationibus induceret. Que tristi dierum inducias postulavit in quibus marer filium in christi confessione corroborebat. Elapso vero triduo cum iustanus iussu presidis educeretur de custodia diis sacrificare cotereretur: fecit preses adduci sacrum cum serpentibus et arena martyrem christi in ipso consili: ac in pelagus mitti: ut sic tam aquarum profocationibus: quam ferarum moribus interiret. Cui corpus ab undis iactatum ad insulam: quam pconessus: a christians ibidem habitantibus inuentum in mote ipsius terre sepultum est: vbi multo tempore sine aliqua veneratide quiescit. Post multos vero annos estatis tpe maris pcella intumescente: pars motis vbi arca sita fuerat a mare diruitur: et arca saxea in mare iactata: qua diuino nutu super pcellas enatas abyndas ad portum ariminensem civitatis adducit: et in litore iactata. Quod ciues admirantes: qui ad portum venerant: luce super infusa arcam super aquas natare conspexerant: tumulum cum sacro corpore plastro imposuerunt: et ad ecclesiam maiorem illud deferre volentes: ipsum inde amouere nullatenus potuerunt: sed neque arcam aperire aliquatiter valuerunt. Tandem post dierum plurimum oratione et ieiunia iohannes abbas monasterii sancti petri extra civitatem situm: sepulchrum cum corpore eius vehiculo impositum facilliter movit: et ad ecclesiam suam adduxit. Et patefacto leviter tumulo corpus sancti iustani martyris vna cunctibus oino incorruptum inuenit. Passionis quoque epitaphium conscriptum ibidem repertum coram omnibus legit. Erantque in ipsa arca. vij. capita martyrum ignotorum. In ipso igitur loco corporum cum arca depositum ad presens usque quiescit: qui passus est. ix. kalen. iulij.

De sancta edeltrude regina et virgine. Cap. cxxij.



Edeltrude regina

virgo sacra: ut scribit sigibertus: anno. xliij. constantini iunioris in anglia claruit: qui duobus nupta viris (quod dictum mirum est) rego permasit. De hac beda li. de gestis anglorum. xliij. di. quod fuit filia anne regis orientaliu anglorum christianis simi. Et prior quidem proxodeberti principis au-